UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Nihil addendum in Canone, n. 6

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

Visual Library

ſcriptis vtatur, niſi prius eas cum inſtructioribus fratribus contulerit. Et in Melevitano, quod fuit ſub Innocentio Primo habitum, ab eodemque confirmatum anno 408. cavetur a *huiuſmodi preces debere eſſe à Prudentibus tractatas, & in Concilio, vel Synodo approbatas.*

5 Infero Secundo, in Orationibus, ſeu Collectis, qui nominant Regem, Reginam, filioſve, non rectè facere: excuſantur tamen à mortali ex levitate materiæ, & alicubi ex antiqua conſuetudine iam præſcripta.

Nihil addendum in Canone.

6 INfero Tertio, in Canone à Regularibus nō eſſe nominādum ſuum Generalem, ſed Epiſcopum loci *b* (loci, inquam, non Sacerdotis, quod notetur pro peregrinantibus (Si tamen illum aliquan-

quan-

a *Concil. Carth.* 3. *can.* 13. b *Concil. Meleu. ca.* 12. c *Gavant. in Rub. Miſſ. p.* 2. *t.* 8. *nu.* 1. *litt.* N.

quando nominent, non puto peccaturos (leve enim id, ex ſe eſt) niſi venialiter.

7 At Sacra Congregatio declaravit *a*, eſſe mortale. Reſpondeo, tunc ita fore, cum fieret, vel ad mutandum ritum, vel ex contemptu Epiſcopi, vel quid ſimile: cæterum non puto id, quod ex ſe leve eſt, Sacram Congregationem voluiſſe ſub mortali præcipere. Rodriquez *b* docet non peccari mortaliter ab eo, qui ignorat hãc declarationem eſſe authenticam. Rectè. Cum igitur hactenus non conſtet eſſe authenticam, etiam ex hoc capite confirmatur noſtra ſententia.

8 In eodem Canone Pium V. conceſſiſſe nominari Regem in Hiſpaniis, notat Gavantus ibidem.

9 Infero Quarto, ſimiliter non

a *Apud eundem, & Dianam p. 2. tr. 14. Reſ. 40.*

b *Rodr. in Summa tom. 4. c. 51. nu. 3, apud cit. Dian.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

licere addere in Canone nomin Sanctorum, etiam Patroni locis.

Patet à fortiori, cum nec fieri debeat in Litaniis, a quod intelligendum de publicis coram populo.

Hinc hac occaſione adverte, nec per ſe idem licere, in Confeſſione generali, quæ dicitur initio Miſſæ; Per ſe (inquam) nam ceterum ſatis levis materia eſt, & uſurpari à Regularibus nominando ſuum Sanctum Patriarcham ſine ſcrupulo non raro video.

Nihil addendum in inſtrumentis Sacris. Vbi de Duplicata Palla.

10 INfero Quinto Quid dicendum de eo, qui adderet aliquid præter conſueta in Sacro Miniſterio? Et quæſtio eſſe ſolet, de iis, qui adhibent. Pallam, alteram quidem pro cooperiendo Calice, ut mo-

mo-

a *Sacra Rituum Congreg.* 22. *Mart.* 631. *apud Gavant. in Man. Epi. V. Litaniæ n.* 5.